



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

17 An privilegium, & dispensatio cessent renuntiatione ipsius privilegiati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

receptum, ne deterioris conditionis sint illae diceceses omnibus: & ita tenet Sanchez alios referens supra numero 34. Flores de Meno variis lib. 3. quest. 4. a. num. 14. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 8. n. 1. num. 9.

16. Sexto dubitari potest de vicariis Episcopi foraneis, an, inquam, expedire litteras commissa vicario dicecesano possit?

Et pro certo tenendum est non posse, quia non sunt vicarij dicecesani: ita aliis relatis docet Barbosa numero 139. Adde vicariatum foraneum non proprie dici obtinere dignitatem, sed officium, ut testatur Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiastici, decis. 377. num. 1. in 1. edit. & in 2. edit. refol. 551. Barbosa supra num. 140.

Sepimo de vicario Episcopi electi, sed nondum consecrati, an, inquam, possit expedire has litteras commissa vicario Episcopi?

Respondeo probabiliter posse: tum quia hic verè est vicarius Episcopi, & nullus alius ibi adest, qui has litteras expedire possit. Tum quia de se capax est huius delegationum, utpote in dignitate constitutus, sic glossa verbo Episcopi, in Clement. n. 1. principalis, de rescriptis. Sanchez libro 8. disp. 27. n. 35. Barbosa de potestate Episcopi, 2. part. allegat. 54. num. 138. & alij apud ipsos.

§. VIII.

An si delegatus, cui sunt commissa rescripta Pontificia, remoueat à dignitate, verbi gratia, canonicus à canonicatu, vicarius à vicariatu, possit eas litteras expedire.

- 1 Si commissio facta est ratione officij, expirat.
- 2 At si facta sit personalis? Proponitur dubitandi ratio.
- 3 Censet expedire commissioem posse, si aliquem ex supradictis titulis habuit tempore commissionis.
- 4 Satisfit rationi contraria.
- 5 Excepit, nisi delegatus priuatus fuerit in pœnam dignitatis.
- 6 Item si delegatus transiit ad statum incompatibilem.

1. **ET** quidem si commissio fuit facta ratione dignitatis, seu officij, certum esse debet relicto officio extingui commissionem, siue res incepta sit, siue non. Quia cessat conditio sub qua commissio fuit facta, sic glossa verbo principalis, Clement. 2. de rescriptis. vbi Cardinal. numero 7. Imola numero 11. & 13. Abbas, Bald. Henricus, Ioann. And. Bellanera, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez libro 8. de dispensat. disp. 27. numero 23. & 28. sine. Bonacina disputat. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. num. 13. Etozios lib. 3. quest. 47. Barbosa de potestate Episcopi, 2. p. allegat. 4. num. 156. Fiamm. lib. 1. quest. 11. num. 16. Garcia de benef. 6. part. cap. 2. numero 49. Gutier. de matrim. cap. 15. num. 13.

2. Si autem commissio facta fuit personalis, non caret difficultate, an delegatus possit illas litteras expedire? quia illæ litteræ committuntur non possunt, nisi in dignitate constitutus, ut constat ex cap. statutum, de rescriptis. in 6. & Trident. sess. 25. c. 10. de reformis. sed ille delegatus iam non est in dignitate constitutus. Ergo iam non valet illas litteras expedire. Probo consequentiam: quia ratio, quare in delegato Sedis Apostolicæ expostulatur dignitas, est, ne Papa, & Sedes Apostolica à vili ministro represententur: ut tradit glossa in supradicto capite statutum, verbo committantur. ibi, ne vispendantur à tali ministro. Sed hæc ratio militat tam in principio causæ, quam in medio, & fine: imò magis in expeditione causæ, quam in eius acceptatione. Ergo.

3. Nihilominus tenendum est, posse huiusmodi delegatum, cui sub nomine proprio commissio facta est, litteras expedire, quatenus nec dignitatem, personam, aut canonicatum habeat, modo aliquem ex his titulis habuerit quando commissio illi facta fuit, docet glossa in supradicto capite statutum, verbo committitur, in fine. Decius cap. quoniam Abbas, de officio deleg. n. 96. Berouius n. 95. Felinus n. 5. Cæuallos pract. quest. 666. n. 5. & quest. 667. n. 10. sine. Sanchez plures referens libro 8. disp. 27. num. 28. Flamin. lib. 1. quest. 11. num. 6. & seqq. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. numero 17. Augustin. Barbosa de potestate Episcopi 2. part. allegat. 54. num. 155. Garcia 9. p. de benef. cap. 2. num. 351. & alij apud ipsos: & testatur Garcia, Barbosa, Flamin. Sanchez, sic decimum fuisse à facta Congregatione, quas decisiones ipsemet Flamin. & Garcia referunt, & nouissime adducunt à Ioanne Gallemar illo capite 10. Concil. sessio. 25. de reformis. Probatur, quia illa commissio personæ, & non dignitatis facta est. Ergo si illa persona capax fuit illius commissionis, quando illi commissio facta est, nequit illam deperdere, ob deperditam dignitatem, quia non videtur in consecrati, pendere à dignitate, sicut donationem factam pauperi non deperdit pauper, ex eo quod postea diues factus fuerit, quia non pauperat, sed personæ pauperi facta.

Ferr. de Castro Sum. Mor. Pars I.

Et est. Ratio est, quia huiusmodi qualitas non expostulatur adesse, nisi tempore commissionis, quod constat ex illis verbis dicti capituli statutum Sancimus, ut nullis, nisi dignitate prædicta, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum cathedralium canonicis causa, auctoritate litterarum, Sedis Apostolicæ, vel Legatorum iussu de cetero committantur. Ergo, si dignitas adfuit tempore commissionis, commissio habuit effectum. Ego etiam si postea deperdat dignitas, non deperdetur commissio; quia nullibi habetur ad executionem litterarum requiri, sed solum ad illarum commissionem. Vide Flamin. illa q. 11. multis hæc rationem exponantem.

4. Neque obstat ratio in contrarium, cui bene satisfacit Flamin. cum Imola in Clement. n. 1. principalis, de rescriptis. cel. 4. Negat enim dignitatem expostulatam esse à delegato, tanquam finalem causam, ne à vili ministro Sedes Apostolica representetur. nam licet hæc ratio fuerit impulsiva, non tamen finalis, finalis enim fuit: ne ab imperitis, & inhonestis Sedes Apostolica representetur, argum. cap. cum in euntia, de electione. Quæ ratio semper permanet, etiam si dignitas cesset. nam propter qualitatem præcedentem tempore commissionis, semper præsumptio est peritiæ, & honestatis in delegato. Adde, etiam si detames finem expostulandi dignitatem in delegato esse, ne à vilius personis Sedes Apostolica representetur, non cessare huiusmodi finem, etiam si cesset dignitas, modo non cesset per priuationem, aut inhabilitatem aliquam, quia iam illa persona qualificata est ob dignitatem tempore commissionis habitam, neque viliis reputari potest.

Ex quo fit limitanda esse primò hæc doctrinam, ut intelligatur, nisi delegatus in aliquo delicti pœnam priuatus fuerit tali dignitate, quia tunc cessat finis, ob quem diximus, dignitatem in delegato expostulari, qui est mortuus honestas, & peritiæ. Adde esse personam vilem & indignam representandi Sedem Apostolicam, sic tradit Sanchez n. 26. cum Bald. l. generaliter. C. de Episcopis, & clericis. num. 7. Decius cap. quoniam Abbas num. 58. de officio deleg. & ibi Felin. num. 5. Berouius num. 96. & probat ex text. in l. C. sicut, sed ff. de Senatoribus, vbi remouetur à senatu ob turpitudinem iudicare nequit, secus si ob aliam causam.

6. Secundo limitanda est doctrina cum eodem Sanchez numero 27. Decio, Felin. & Berouio supra Flamin. lib. 1. q. 11. n. 25. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. numero 13. ut intelligatur, nisi delegatus transierit ad statum incompatible delegationis, eo quod factus fuerit incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ; ut quia contraxit matrimonium, vel quid simile fecit, nam in hoc casu non poterit illam causam expedire, quia non presumitur Pontifex velle, ut eius iurisdictione utatur, qui sic est impeditus.

PUNCTVM XVII.

An priuilegium, & dispensatio cessent renuntiatione ipsius priuilegiati.

- 1 Controversa est de priuilegio in fauorem priuilegiati concessio, non de priuilegio in bonum commune, quod renuntiare non potest.
- 2 Clericus renuntiare non potest priuilegio fori, & canonico. Quid de filiofamilias in priuilegio Macedoniano, & de minore in beneficio restitutionis in integrum?
- 3 Vinculum, quod semel per priuilegium, seu dispensationem sublatum est, non redit renuntiatione.
- 4 Renuntiatio priuilegij non est non usus illius.
- 5 Ad renuntiationem, per quam priuilegium cessat, requiritur voluntas libera renuntiantis.
- 6 Sed an hæc sufficiat, sub distinctione respondetur.
- 7 Proponitur obiectio, & soluitur.
- 8 Electus renuens consentit electioni, mutata voluntate consentire potest.
- 9 Limitatur supradicta doctrina in vinculo voti, & iuramenti, sed cum declaratione.
- 10 Renuntiatio priuilegij acceptari debet à concedente priuilegium.
- 11 Qua sit renuntiatio tacita.
- 12 Per ipsam, nisi à concedente acceptetur, non amittitur priuilegium.
- 13 Si obtinuit dispensationem, ut ducet Mariam, duxisti aliam, ea mortua potes priorem ducere.
- 14 Dispensatus ad beneficia, si ad nuptias transte, non ob id cassatur dispensatio, sed mortuo uxore illa vti poterit.

1. **P**onendum est primò, sermone esse de priuilegio, & dispensatione, quæ in bonum priuilegiarum, primò & per se cedunt, quia hæc solum sunt, quæ renuntiare possunt, ex l. quod fauore, C. de legib. & l. pacisci. ff. de pactis, & l. pactum inter heredes eodem, l. ff. de feruis, & l. si iudex ff. de minorib. & cap. ad Apostolicam, de regularibus. Priuilegia namque, quæ in bonum commune directè ordinantur, renuntiare nulli modo possunt à partiu



particularibus, quia non sunt propria bona cuiusque leg. cum publicum ff. de pactis, cap. si diligenti, de foro competenti, & alii. Ad hæc reducitur, si privilegium sit pluribus pro indiviso concessum: non poterit quilibet eorum renuntiare, quia non poterit unus iuri alterius præiudicare.

2. Ex his fit nullum clericum renuntiare posse privilegio fori, & canonis; quia statui clericali concessum est. Item nec villos religiosus privilegii suæ religioni concessis; & in his omnes conveniunt. An vero filius familias possit renuntiare privilegio Macedoniano, quod non possit ex mutuo pecunie obligari, & minor beneficio restitutionis in integrum, & mulier privilegio Velleiani; ut fideiussio sit firma? alterius est loci. Breuiter dico filium familias, id est, illum, qui est sub potestate, non posse privilegio Macedoniano renuntiare, quia non in fauorem ipsius tantum, sed præcipue in fauorem patrum concessum est, quorum indemnitas per tale privilegium intenditur. Cum autem nullus possit privilegio in fauorem alterius concessio renuntiare, non poterit filius huic privilegio renuntiare: & ita tenet Anton. Gom. 2. var. cap. 6. num. 1. paulo post princ. cum glossa, & com. Doct. in l. a. v. ff. ad Maced. n. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 22. quæst. 10. Salas disp. 17. de legib. sect. 2. num. 25. Et sect. 12. n. 69. Bonacina disp. 1. quæst. 3. punct. 8. §. 6. n. 11. Et de contr. disp. 3. §. 3. punct. ad finem. Idem dicendum est de minoribus, non posse, inquam renuntiare beneficio restitutionis in integrum; quia hoc privilegium non est concessum minoribus, ut singulis personis, sed potius statui minorum, ob eorum imbecillitatem, & pericula deceptionis, quæ illis poterunt occurrere. sic Salas illa sect. 13. ad finem. Adde tamen Bonacina disp. 1. q. 3. n. 8. §. 5. n. 8. huic beneficio posse minores renuntiare, si addant iuramentum se non vitiosos esse privilegio, vel si petant à Principe ætatis veniam. At credo ex solo iuramento non renuntiare hoc privilegium, est iuramentum seruandum sit, dum non relaxatur, at relaxatione obtenta poterit agere minor beneficio restitutionis, neque poterit ei opponi iuramentum factum: sic in filio familias docet Anton. Gom. cum Barr. & aliis supra. Eodem modo dicendum est de muliere, quæ non poterit pro marito fideiubere, neque renuntiare privilegio Velleiani; quia hoc privilegium non fuit introductum in fauorem cuiusque, sed in fauorem status, & ut imbecillitati mulierum prospiceretur. sic Salas illa disp. 17. sect. 13. fin. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 22. q. 10. sub fine Anton. Gom. plures referens tom. 2. var. cap. 13. n. 17. vbi aduertit in nostro regno valere prædictam renuntiationem; quia ita statuitur l. 3. in. 12. part. 5. At si huiusmodi renuntiationi accedit iuramentum solvendi, & fiat instrumentum publico, tunc quidem fideiussio firma est, si conscientia erat mulier absque iuramento illo præstito non tenet: ut multis relatis docet Sanchez libro 4. de matrimonio disp. 9. numero 15. quia iuramento firmatur contractus, & purgatur deceptio. Et idem est si coram magistratu sit facta renuntiationis quia ita cauetur in l. fin. §. fin. ff. ad Vell. ianum propter auctoritatem, & vigorem iudicij.

3. Ponendum secundò est, privilegium, & dispensationem alicuius vinculi, quod semel sublatum fuit, non posse per renuntiationem privilegij redire; non enim potest dispensatio facta in consanguinitate, in irregularitate, aliòve simili impedimento desinere effectum habere, quantumvis tu dispensationis factæ pœnitentia, quia non stat in tua voluntate cassam reddere dispensationem, quæ iam habuit effectum.

4. Ponendum tertio renuntiationem privilegij non esse formaliter non vitium illius, potes enim privilegio, & dispensatione tibi concessa non uti, & nihilominus tamen nolle privilegio renuntiare; quia privilegium consistit in facultate utendi, cum volueris; quæ facultas remanere potest, etiam si illa de facto non utaris. Exempli gratia. Data est tibi facultas non ieiunandi, ieiunas, non ob id renuntias privilegio: in his Doctores omnes conveniunt.

5. Quocirca explicandum est, quæ renuntio sufficiat, ut privilegium amittatur: amitti namque renuntiatione constans est Doctorem sententia, ex cap. si de terra. cap. arcidienibus, de privileg. cap. ad Apostolicam, de regul. l. si quis in consensu, C. de pactis. Ad hanc autem renuntiationem requiritur voluntas libera renuntiantis, hoc est, non coacta, qua scilicet velit abdicare à se ius, & potestatem sibi concessam, vel in totum, si sit totius privilegij, vel in parte, si sit renuntio alicuius partis privilegij.

6. Sed an hæc voluntas sola sufficiat, est controversia. Et quidem si privilegij renuntio eide in aliorum utilitatem; quia scilicet renuntiatione ius aliis conferatur, vel remittitur, ut contingit in privilegio non solvendi tributum, exigendi decimas, & similia, tunc certum est renuntiationem etiam exterius manifestatam non amitti privilegium, nisi accedat acceptatio eius, cui iure est; quia illa renuntio revocabilis est: sicut & qualibet alia donatio, dum à donatario accepta non fuerit, sic glossa ex cap. cum venerit, de eo qui mittitur in possessionem, verbo obtuli. ubi notat Bald. n. 3. lal. in l. postquam lit. C. de pactis, n. 1. cum aliis. Balbus de Leon. in 8. de dispensat. cap. 18. §. 2. m. 17. Suarez lib. 8. cap. 33. numero 9. Si autem privilegium sit ex illis, quæ solum spectant privilegij, neque alteri damnum inferunt, ut sunt privilegium eligendi Confessorum, recedendi ante hotam conerterem, comedendi carnes à bus prohibitis, Probabilis censo non amitti, nisi concedens privilegium accepto renuntiationis accedat. sic docet Sanchez libro 8. disp. 32. num. 2. Salas disp. ar. 20. sect. 19. sub numero 118. Bonacina disp. 1. quæst. 3. punct. 8. §. 4. numero 3. Suarez libro 8. cap. 33. numero 18. Balbus de Leon. lib. 8. de dispensat. cap. 18. §. 2. numero 18. Ratio est, quia per renuntiationem non immutatur voluntas concedens privilegium; sed cum perseverat voluntas concedens, perseverat privilegium, cuius vis, & efficacia ab illo dependet. Ergo. Et explicatur amplius discutendo per privilegia, quæ tibi possunt concedi; alia enim sunt, quibus à lege communi eximere; & hæc non videntur posse salva tua voluntate perdi, quia voluntas propria non est sufficiens imponere tibi novam legis obligationem; à qua iam per privilegium exemptus eras; si enim exemptus fuisti per privilegium ab observatione alicuius interditi, quomodo per voluntatem tuam iterum contrahere poteris illius obligationem? Est enim obligatio non ex tua voluntate, sed ex lege. Si autem privilegium sit facultatis, & iurisdictionis concessum, ut contingit in privilegio absoluti penitentes, iudicandi reos, & similia: iam illud privilegium à tua voluntate in consecrati non pendet, sed permanent est, quoties concedens non reuocaverit, quia ita communi bono, & rectæ gubernationi expediat. Quæ omnia satis confirmantur ex capite licet. de preteritis, in 6. vbi licet is, qui procurator constituitur ab absente, dixerit præsentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstat, quando constitutus in eadem per se ipse voluntate, ipsum accepit: are poterit, quamvis nunquam placuerit. Ecce quia ratione sola renuntiatione non amittitur mandatum procurandi. Ergo neque etiam privilegium.

7. Dices. Pendet quidem privilegium à concedente, sed est concessum sub hac tacita conditione, dum privilegij illud acceptaverit: cum autem per renuntiationem iam privilegij non censetur acceptum privilegium, cessat quidem privilegium, quia cessat etiam voluntas concedens illud. Quod autem sub hac conditione fuerit concessum, inde probatur. Tum quia est in fauorem privilegij, & fauor inuito non debet concedi. Tum quia ea de causa à principio expostulatur acceptio privilegij, ut (suum est) dicitur locutiur privilegij. Ergo.

Sed contra, quia concessio privilegij fuit absoluta, ut suppono. Ergo non debemus facere illam conditionalem contra verba privilegij; deest enim beneficium Principis permanere, & itam interpretationem habere. Alias liceret etiam dispensationem aliquam concessam in consanguinitate, affirmatæ, & irregularitate affirmatæ, dæm esse sub conditione, id est, dum dispensatus uti illa voluerit. Item si aliqua conditio, quæ fauorem privilegij continet, in concessione privilegij includatur, ea est, ut privilegij habeat privilegium, quando voluerit habere; & careat quando voluerit, ut sic in voluntate privilegij privilegium positum sit, quæ gratis, & sine fundamento dicatur, ac prouide affirmandum est concessio, & acceptio privilegij, temper perseverare, quoties concedens renuntiationem illius non acceptaverit; acceptando enim renuntiationem, reuocat privilegium. Acceptio autem in principio expostulatur, quia natura privilegij, sicut & cuiuslibet donationis, acceptationem requirit.

8. Ex quo fit electum tenentem consentire electioni, posse mutata voluntate eandem acceptare electoribus in eadem voluntate perseverantibus. Et idem est de iudice delegato & arbitro, qui delegationem repudiarunt, & de beneficiario, cui beneficium collatum est, posse etiam prius collationi dissentire, et consentire, & beneficium obtinere, dummodo confers in priori voluntate perseveret, sic docet Sanchez libro 8. disp. 32. num. 2. cum gloss. Ioan. Andr. Archid. & alii.

9. Limitat autem Sanchez illa disp. 32. num. 3. ut prædicta doctrina intelligatur in privilegiis, & dispensationibus aliarum legum; scus vero in dispensatione voti, & iuramenti; quia obligationem aliarum legum non potest quilibet sibi pro libito imponere: alia obligationem voti & iuramenti cum à propria voluntate pendat, poterit quilibet, etsi dispensatus sit, sibi iterum imponere: conferatur autem sibi imponere, quoties renuntiat dispensationi sibi factæ in tali voto, & iuramento; quia hæc renuntio nihil aliud esse videtur, quam voluntas redeundi ad priorem obligationem. Ergo per renuntiationem solum absque illa acceptatione amittitur in voto, & iuramento dispensatio concessa. Verum si bene pendatur hæc limitatio, nobis contraria non est. Aliud enim est dispensationem, & privilegium concessum tolli voluntate privilegij tantum, aliud indigere noua dispensatione, & nouo privilegio, si nouum vinculum contrahatur. Fateor ergo dispensationem in voto, & iuramento posse demum vocari, & iurare, & nouum vinculum sibi imponere, indigens noua dispensatione; sicut qui ab irregularitate homicidij est dispensatus, poterit novam irregularitatem alio homicidio contrahere. At hoc non probat, dispensationem

in voto priori, & iuramento renuntiare posse; quantumcumque enim velis illi renuntiare, non poteris obtinere, quia iam à tua voluntate non dependet, sublatum enim illo vinculo, semper manet sublatum, etsi possis aliud denovo, & omnino simile tibi imponere. Adde contingere posse te velle renuntiare dispensationi concessæ in voto, aut iuramento, quin votum, aut iuramentum denovo facias, quod contingit, quando ignoranter existimas in tua voluntate esse positum prodesse, vel non prodesse dispensationem; & insuper habes voluntatem non rependi votum; tunc enim votum non repetis, & renuntiatione non habet effectum. sic Salas disp. 20. §. 19. fin.

10 Sed inquires, quis possit hanc renuntiationem privilegij, & dispensationis acceptare?

Respondio nullum alium præter concedentem privilegium, aut habentem ab illo commissionem: cum enim hæc acceptatio renuntiationis, sit virtualis revocatio concessionis factæ; à nullo alio opti potest, nisi ab illo à quo fuit facta concessio, aut ab illo, qui ab eo habet commissionem. Hanc autem commissionem non censetur habere executor dispensationis, & privilegij, quia hic non est delegatus ad revoicandam dispensationem, sed potius ad illam exequendam, & ita aliis relatis docet Sanchez lib. 8. disp. 22. n. 4.

11 Sed quid dicendum de tacita renuntiatione? Tacitam renuntiationem appello eam, quæ defumitur ex actibus, qui non videntur stare posse cum animo vtendi dispensatione & privilegio, verbi gratia dispensatus fuit in aliquo impedimento ad contrahendum matrimonium cum Maria, contraxit postea cum Carolina, videtur renuntiare dispensationi tibi concessæ. Item dispensatus fuit ad beneficia obtinenda, dicit uxorem, videtur renuntiare dispensationi factæ.

12 Credo tamen huiusmodi actus stare optime posse sine voluntate renuntiansi dispensationem, & privilegium concessum, quia potest habere animum retinendi privilegium pro tempore, quo eius vias licitas illi fit. Sed demus fieri illos actus animo revocandi privilegium, vel dispensationem, non obinde dispensatio, aut privilegium amittitur; quia si renuntiatione expressa privilegij non valet cassare privilegium, nisi acceptata sit à concedente privilegium, neque etiam renuntiatione tacita illam efficaciam habebit, quovis per concedentem privilegium fuerit acceptata. Requiritur ergo, vt privilegium, & dispensatio cessent per renuntiationem, tacitam acceptatam à concedente.

13 Ex his inferitur primò si dispensationem obtinueris, vt consanguineam duces & duxisti aliam, vel castitatis votum fecisti, poteris mortua vxore, vel dispensato voto, vti priori dispensatione; quia illa dispensatio non fuit amissa, habuit enim effectum, qui non revocatur. Quod verum est, etiam si reperis instumentum, vel iudicium dispensationem continens, quia hoc solum impedit, ne fiat fides in foro exteriori, non tamen invalidat dispensationem iam concessam, sic Sanchez disp. 32. n. 6. Basilus de Leon lib. 8. c. 18. §. 3. n. 20.

14 Inferitur secundo, si illegitimus impetrat dispensationem ad beneficia, vel quilibet alius ad plura beneficia habenda, & obtenta dispensatione ad nuptias transierit: adhuc non contingit dispensationem, sed mortua vxore posse beneficia consequi. Ratio est, quia matrimonium non reddit cassam dispensationem sed illius vium suspendit. Item quia dispensatio illegitimitatis tollit inhabilitatem ad beneficia; quæ inhabilitas semel sublata non redit per matrimonium contractum; non igitur matrimonium facere potest, vt iterum censetur illegitimus. Si autem dispensatio sit ad plura beneficia obtinenda, est dispensatio in lege statuente, neminem posse plura beneficia retinere, sed votum tantum. At ex tali dispensatione non conceditur dispensatio ius aliquod ad beneficium, quia neque est iustitio, neque electio, nec presentatio, sed solum redditur habilis, & capax illorum; siquidem lege prohibente pluralitatem beneficiorum solutus est. Hanc autem capacitatem, & habilitatem: quia non est ius ad beneficium, non tollit matrimonium, sed suspendit eius vium. sic Sanchez lib. 7. de impedim. dispensat. 42. num. 9. & consentire videtur Basil. loco citato.

PUNCTUM XVIII.

An privilegium, & dispensatio amittatur per non vium.

- 1 Amitti per non vium. Et qui non vium debet esse.
- 2 Proponitur efficax dubitandi ratio.
- 3 Privilegia quæ in aliorum gravamen non cedunt, non perduntur per non vium.
- 4 Quæ cedunt, tunc amittuntur, quando gravati præscribunt.
- 5 Excipit, nisi in privilegio fuerit appositum, vt raritas illo tuo arbitratu.
- 6 Decennium affirmat communis sententia sufficere, vt gravati præscribant adversus privilegium, privilegium non vitentem.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pais I.

7 Resolvitur dari non posse regulam generalem, sed aliquando decennium, aliquando vicennium, & ultra est requisitum.

8 Amittuntur hæc privilegia tam in foro externo, quam in conscientia.

1 **Q**uestio procedit solum in privilegijs, & dispensationibus respicientibus actum aliquem positivum, qualis est accipiendi decimas, comedendi carnes diebus prohibitis, eligendi ad beneficia, & similia, quia solum in his potest inveniri non vium, hoc est, carentia huius privilegij, sic DD. statim referendi.

De his ergo privilegijs regula generalis est per non vium amitti: sic docent glossa, Abbas, Innocent. Felin. Decius, in cap. cum accessissent, de conscri. Azor lib. 5. c. 4. q. 8. & c. 42. q. 8. Salas de legib. disp. 17. §. 1. n. 63. & disp. 19. §. 1. n. 115. Suarez lib. 8. c. 34. num. 2. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 8. §. 5. n. 3. Basil. de Leon lib. 8. de matr. c. 18. §. 3. n. 22.

Pro huius regulæ explicatione advertendum est primò, non deperdi privilegium, per quemlibet non vium illius, sed per non vium voluntarium, & liberum, data occasione vtendi privilegio, qui vocatur non vium privatus, seu omissivus. Nam si longissimo tempore nunquam se obtulit occasio vtendi privilegio, vel obligata occasione non potuisti illo, vt per talem non vium amitti non potest privilegium, quod constat ex leg. vnum ex socijs §. vlt. c. l. §. ff. de servit. rust. vad. vbi habetur non amitti servitutem mihi debitam, de aqua ducenda in fundum meum si illa vltus non fuerim, quia fors exauit. sic Doctores supra relati. Ex quo fit, si vniuersitati sit concessum privilegium scholasticis ad gradus magistrj, vel Doctoris promovendi: & per decennium, vel longius tempus neminem promovit, quia nullus promovendi voluit privilegium non amittere. Excipit, nisi vniuersitas causam dederit scholasticis, quare nolint promoveri, quia tunc est idem, ac si noluisset promoveri volentem. Idem est si privilegium habes à Principe exigendi aliquod tributum, vel excludendi milites à civitate: & nulla se occasio obtulit exercendi privilegium, privilegium non amittit, sic Basil. Salas, Azor, Bonacina, Suarez supra, cum alijs. Ad idem est, si privilegio non vtaris ob conventionem factam cum alio. Bonacina numero 5. Suarez cum Felin. libro 8. capite 34. num. 26. ad fin. quia tunc ratione conventionis factus es impotens vtendi illo, vel, vt melius d. cam videtur æquivalenter privilegio vti, si aliquid pro non vium illius recipis.

2 Sed circa supradicta est prima difficultas, qua ratione per non vium possit privilegium, quod ab initio, & absque determinatione temporis conceditur, amitti? Ratio difficultatis est, quia non vium rei propriæ non tollit dominium illius; hoc enim dominium non deperditur præcisè ex eo, quod te propriæ non vtaris. Ergo non deperditur privilegium per non vium. Aliàs dominium pecuniæ, & vestium, aliarumque rerum mobilium, & immobilium deperderes eo solum, quia illis non vtaris, quod est falsum. Requiritur ergo ad minus quod illas relinquant, & te abicias, & quasi pro derelicto velis habere, ex l. 1. §. ff. pro derelict. Ergo quoties privilegium à te non abiciis, quod renuntiatione debet fieri, non poteris illud per non vium amittere. Deinde non vium in tantum esse potest causa amittendi privilegium, in quantum indicat illius renuntiationem, vel est occasio, quod grauat privilegio adversus privilegium præscribitur. At nequa ex his rationibus probat amitti privilegium per non vium. Ergo. Probo minorem quoad primam partem. Nam licet non vium privilegij indicet renuntiationem illius, & renuntiatione etiam expressa non amittitur privilegium, quovisque acceptetur à concedente. Ergo ex non vium, quatenus significat renuntiationem, amitti ipso iure non potest. & sic vltra DD. superiori §. relator docet Suar. illo cap. 34. num. 27. Adde ex non vium privilegij præsumi non posse renuntiationem illius; quia ob alios fines potest privilegiatus privilegio non vti, vt notavit Basil. de Leon illo cap. 18. §. 1. c. 3. cum Valquez 1. 2. disp. 177. n. 54. & 55. Suar. c. 4. n. 17. c. leg. Quod autem ex non vium, quatenus occasio est, quod grauat privilegio adversus privilegium præscribitur, amitti non possit, sic probo. Tum quia hoc non esset amittere privilegium per non vium formaliter, sed solum occasionaliter tantum: quia non in omnibus privilegijs potest dari præscriptio. Quæ enim præscriptio dari potest, in privilegio tibi concessio comedendi decimas, recitandi ante horam consuetam & aia similia, quæ solum privilegium respiciunt, neque versantur circa alios, vel tollendo ab illis commoditatem aliquam vel imponendo novum onus, siquidem præscriptio non est sine possessione continuata rei, quæ præscribitur: at huiusmodi privilegia non habent vium, qui extra privilegium egrediatur. Ergo in illis nullus potest præscribere. In alijs autem privilegijs, quæ in alio um gravamen, & servitutem redundant, vt sunt privilegia decimandi, imponendi tributa, etji videntur posse grauari illis privilegijs præscribere adversus privilegium: at hæc præscriptio tolli videtur à concedente privilegium, siquidem in voluntate privilegij constituit vium eius. Quoties autem voluntati privilegij remittitur vium privilegij censent plures non contentandi Doctores non posse adversus

